Fragmentarium

tinos preceptores. verum etiam athenis illos omnium op
timarum artium grecos principes audire habuit. in
quo disciplinis quantum profecerim aliorum sit iudicium. Ego
deinde hoc tantum sine arogantia dicere possum quod
nulla unquam michi dies vacua: neque ulle illucubra
te noctes preterire. Erat infixa michi a natura que
dam sciendi cupiditas: ut nulla rerum cognitione dig
nius ingenio meo videretur. Affluebat michi un
dique copia preceptorum, et creberrime discipulorum socie
tates inter quorum sapienciam educatus nullus e
ffici poterat ignavus, aut indoctus animus, ac tanta fu
it tum michi doctrinarum, et bene vivendi exercitatio
ut nichil nisi quod inhonestum sit desiderare queam.
Itaque vicia nec mee non meo molesta. verum etiam con
traria facta sunt: dulcissime nostro societates. De
inde cum intelligerem preclariora tum fore morta
lium ingenia cum ad rem publicam accomodantur
toti me me patrie concessi. Nec unquam postea illius
salutem et amplitudinem cogitare desii. nichil labo
ris perhorrescens, nullum periculi quod illi gloriam et incolumi
tatem parere posset. Itaque dum prime superioribus
annis undique piratis maria infestabantur, et C.
N. pompeius vir clarissimus romane classis imperium
gerebat. cui cum decem ex rostratis navibus concessisset.
ut contra orientem cuiusdam piratarum alterius inimice cla
ssis ducem confestim dimicarem. nonne illum ingenti
cognatu ressistentem cum omnibus suis summa ope
superavi. Nonne etiam in bello Mitridathico eiusdem im
peratoris miles totiens balla ~~muralem~~ vallarem
totiens mulare totiens coronam habui. Nonne etiam
alias exactus questor fortissimas sepe hostium
acies delevi. Nichil profecto adulescencie mee
defuit quod in consultatu militaris gloria cuiquam
afferre potest. Et tam clarius adolescens vixit

License: public_domain – Paris, Bibliothèque nationale de France, Latin 11411, 89r – Bonacursus de Montemagno, De nobilitate (https://fragmentarium.ms/view/page/F-3kka/3381/35769)